

O SCHOLARES

1. O scholares voce pares jam mecum concinite
et choream jubileam semper mecum ducite.
Jam ad festum modo mestum servitutis studii
Noster coetus sperat laetus nobilis convii.
2. Convivari non tristari jubet lex in seculo,
consolari, jucundari mandat Bacchus populo.
Ergo gaude, concio scholarium.
O si tale, tale, tale semper esset gaudium.
3. Felix ludus in quo nudus scholaris verberibus
Non succumbit, nec decumbit magistri livoribus.
Ergo gaude plaudere laude etc.

/Skolvisa från medeltiden./